

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Detractio k  
cum fontibus primis

Non minus auribus quam lingua fugias detractionem.

Non minus auribus quam lingua fugias detractionem.

Pelagius, *Epistola ad Demetriadem*, 1.19  
(PL 30, col.33D-34A).

Nam detractor dum te uidet non libenter audire,  
non facile potest detrahere.

discat detractor, dum te uiderit non libenter audire,  
non facile detrahere:  
cum detractoribus, ait Salomon, ne miscearis,  
quoniam repente ueniet perditio eorum,  
et ruinam utriusque quis nouit? (Prou. 24:21-22)

Ieronymus in epistola.

Hieronymus Stridonensis, *Epistulae*, 52.14.2 (CSEL 54, I. Hilberg  
ed., p.438, ll.4-8).